UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

48 Dilemmatis refutatio de diuulga[n]do aut occultando paradoxo de Libero Arb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

Visual Library

ſicat,facit illud occidendo, dũ iuſtificat,facit illud reos faciendo,dũ in cœlũ uehit,facit id ad infernũ ducendo,ut dicit ſcriptura, Dñs mortificat & uiuificat,deducit ad iferos & reducit.1.Reg.2.de qbus nunc nõ eſt locus prolixius dicendi,Qui noſtra legerũt,habẽt hæc ſibi uulgatiſſima, Sic æternã ſuã clemẽtiã & miſericordiã abſcõdit ſub æterna ira,Iuſtitiã ſub iniqtate. Hic eſt fidei ſummus gradus,credere illũ eẽ clemẽtẽ,q tã paucos ſaluat tã multos dãnat,credere iuſtũ, q ſua uolũtate nos neceſſario;dãnabiles facit,ut uideat̃,referẽte Eraſmo,delectari cruciatibus miſeroꝵ & odio potius q̃ amore dignus. Si igit̃ poſſem ulla rõne cõprehẽdere,quomõ is deus ſit miſericors & iuſtus,q tantã irã & inquitatẽ oſtẽdit,nõ eſſet opus fide,Nũc cũ id cõprehendi nõ poteſt,fit locus exercendæ fidei,dũ talia p̃dicantur,& inuulgantur,non aliter q̃ dum deus occidit,fides uitæ in morte exercet̃,
Hæc nunc in præfatione ſatis.

48 Hoc mõ rectius diſputãtibus in iſtis paradoxis cõſulit̃,q̃ tuo cõſilio,q̊ p̱ ſilentiũ & abſtinentiã,uis illoꝵ impietati cõſulere,Quo tñ nihil proficis,Nã ſi uel credas uel ſuſpiceris eẽ uera (cũ ſint nõ parui momẽti paradoxa)q̃ eſt mortaliũ inſaturabilis cupido,ſcrutandaꝵ ſecretaꝵ reꝵ,tum|maxime,cũ maxime occultatas uolumus, facies hac monitioue tua euulgata,ut multo magis nũc uelint omnes ſcire,an uera ſint ea paradoxa, ſcilicet, tua contentione accẽſi,ut nullus noſtrũ hactenus tantã anſam p̃ſtiterit ea uulgãdi,quantã tu,hac religioſa & uehementi monitione,Prudentius multo feciſſes, ſi prorſus tacuiſſes de his paradoxis

cauẽdis

cauendis, ſi uotũ tuũ ratũ uoluiſſes, Actũ eſt, poſt-
ꝗ nõ prorſus negas eẽ uera, occultari nõ poterũt
ſed ſuſpitione ueritatis oẽs ad ſe inueſtigãda alli-
cient, Vel ergo nega illa eẽ uera, uel tu prior tace,
ſi alios tacere uoles.

¶ Alterꝫ paradoxon, Quicqd fit a nobis, nõ ar-
bitrio lib. ſed mera neceſſitate fieri breuiter uide-
amus, ne ꝑniciosiſſimũ dici patiamur. Hic ſic dico
Vbi id probatũ fuerit, extra uires & cõſilia nr̃a, ĩ
ſolius ope dei pẽdere salutẽ noſtrã, qđ infra ĩ cor-
pore diſputationis ſpero me euicturꝫ, nonne clare
ſequit̃, dũ deus ope ſuo in nobis nõ adeſt, oĩa eſſe
mala q̃ facimus & nos neceſſario opari, q̃ nihil ad
ſalutẽ ualent? Si em̃ nõ nos, ſed ſolus deus operat̃
ſalutẽ in nobis nihil añ opus eius opamur ſaluta-
re, uelimus, nolim⁹. Neceſſario uero dico, nõ coa-
cte, ſed ut illi dicunt neceſſitate ĩmutabilitatis, nõ
coactiõis, hoc eſt, hõ cũ uacat ſpũ dei, nõ quidẽ ui-
olentia, uelut raptus obtorto collo, nolẽs facit ma-
lũ, quẽadmodũ fur aut latro nolẽs ad pœnã ducit̃
ſed ſpõte & libenti uolũtate facit, Verꝫ hãc liben-
tiã ſeu uolũtatẽ faciendi, nõ pt̃ ſuis uiribus omitte-
re, cohercere aut mutare, ſed pgit uolẽdo & lubẽ-
do, etiã ſi ad extra cogat̃ aliud facere ꝑ uim, tñ uo-
luntas intus manet auerſa, & indignat̃ cogẽti aut
reſiſtenti, Nõ aũt indignaret̃, ſi mutaret̃, ac uolens
uim ſequeret̃. Hoc uocamus mõ neceſſitatẽ imu-
tabilitatis, id eſt, qđ uolũtas ſeſe mutare & uertere
alio nõ poſſit, ſed potius irritet̃ magis ad uolẽdũ,
dũ ei reſiſtit̃, Quod probat eius indignatio, Hoc
nõ fieret ſi eẽt libera, uel haberet liberꝫ ar. Interro-
ga experientiã, ꝙ ſint impſuaſibiles, q affecti ali-
quare

qua re hærent, Aut ſi cædũt, ui uel maiore alteri-
us rei cõmodo cædũt, nũq̃ libere cędũt, Si aũt affe
cti nõ ſunt, ſinũt ire & fieri, q̃cunq; eunt & fiunt.
45 Rurſus ex altera pte, ſi deus in nobis opat̃
mutata & blãde aſſibilata p ſpm̃ dei uolũtas, iterũ
mera lubẽtia & pronitate ac ſponte ſua uult & fa
cit, nõ coacte, ut nullis cõtrarijs mutari in aliđ poſ
ſit, ne portis quidẽ inferi uinci aut cogi, ſed pergit
uolẽdo & lubendo & amãdo bonũ, ſicut antea uo
luit & lubuit & amauit malũ. Quod iterũ probat
expientia, q̃ inuicti & cõſtantes ſint uiri ſancti, dũ
p uim ad alia cogunt̃, ut magis inde irritẽtur ad
uolẽdũ, ſicut ignis a uẽto magis inflãmat̃ q̃ extin
guit̃, ut nec hic ſit ulla libertas uel liberũ arb. alio
ſeſe uertẽdi, aut aliud uolẽdi, donec durat ſpũs &
gr̃a dei in hoĩe. Sũma, ſi ſub deo huius ſeculi ſu-
mus, ſine ope & ſpũ dei ueri, captiui tenemur ad
ipſius uolũtatẽ, ut Paulus ad Timotheon dicit, ut
nõ poſſimus uelle, niſi qđ ipſe uelit, Ipſe em̃ fortis
eſt ille armatus, q atriũ ſuũ ſic ſeruat, ut ĩ pace ſint
q̃s poſſidet, ne ullũ motũ aut ſenſum cõtra eũ cõ-
citent, alioq regnũ Satanæ in ſe diuiſum, nõ ſtaret
qđ tñ Chrũs affirmat ſtare, idq; facimus uolentes
& lubẽtes, pro natura uolũtatis, q̃ ſi cogeret̃, uo-
luntas nõ eẽt, Nã coactio, potius eſt (ut ſic dicam)
Noluntas. Si aũt fortior ſupueniat, & illo uicto,
nos rapiat in ſpoliũ ſuũ, rurſus p ſpm̃ eius ſerui &
captiui ſumus (q̃ tñ regia libertas eſt) ut uelim⁹ &
faciamus lubentes q̃ ipſe uelit. Sic hũana uolũtas
in medio poſita eſt, ceu iumẽtũ, ſi inſederit deus,
uult & uadit, q̊ uult deus, ut Pſal. dicit, Fact⁹ ſum
ſicut iumentũ & ego ſemp tecũ. Si inſederit ſatan
uult